



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 18. Villamurium a Joyosa Duce obsessum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI.  
A C 1592

§. XVIII.

*Villamurium a Joyosa Duce ob-*  
*sessum.*

*Thu. l. 103.*  
*Davil. l. 13.*

Sub idem ferme tempus omnia in labe-  
factandam fœderatorum auctorita-  
tem conspirare videbantur, quippe Jo-  
yosa Dux, qui in Occidania, & Aquitania  
cuidam agmini præerat, Villamurium,  
munitissimam urbem prope Montalbanum  
sitam obsedit, eo fine, ut capta urbe  
omnem, qua late patet, regionem devas-  
tare, ac postea Montalbanum contendere  
posset, eoquod Calvinistæ jam a plu-  
ribus abhinc annis in eadem civitate  
militum suorum delectum habuissent:  
attamen Espernonio Duce in Urbis  
opem accurrente, Joyosa resistendo  
impar obsidionem solvere, atque in  
munitiora suæ factionis loca secedere  
cogebatur, donec rursus abeunte  
Espernonio hanc urbem cingendi  
opportunitatem nancisci posset. Enim-  
vero jam altera vice obsidionem parat,  
longe tamen funesto magis successu,  
quam antea; licet enim cum ingenti  
animi fortitudine regii exercitus  
impetum sustinuisset, vi tamen e  
castris suis depulsus, atque ferocientis  
equi sui cursu in flumen præcipitatus  
ibidem submersus est.

MVX 2

29

Nomi-



Nominabatur hic Bellidux Ant-<sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 nius Scipio, Melitensis Eques, & ma-<sup>A.C. 1592.</sup>  
 gnus Tolosæ Prior, qui vita supersti-  
 tes reliquit duos Fratres, Franciscum  
 Joyosam Cardinalem, primo Tolosanum,  
 ac postea Rothomagensem Archiepisco-  
 pum, & Henricum Buchagiæ Comitem.

§. XIX.

*Pater Angelus Joyosa relicto Capuc-  
 cinorum instituto foederati exerci-  
 tus Bellidux proclamatus.*

Hic idem Henricus Anno Salutis no-  
 stræ millesimo quingentesimo octo-  
 gesimo quarto, vigesimo sexto post con-  
 jugis suæ mortem die Capuccinorum  
 institutum amplexus ibidem sese solem-  
 ni sponsione Deo sacrabat, nominatus  
 Pater Angelus: verum postquam Tolo-  
 sani Cardinali Joyosæ Urbis suæ Præ-  
 fecturam detulerant, ille vero hanc  
 provinciam acceptare recusaverat, Pro-  
 ceres huic familiæ addicti Cardinalem  
 eo inducebant, quatenus fratrem suum  
 a votorum lege solvi peteret, eo fine,  
 ut is postea foederati exercitus impe-  
 rium capefferet: ast Pater Angelus com-  
 perto eorum consilio obstitit, exponens,  
 quod sibi haud ultra integrum foret il-  
 lud vitæ genus, quod professus esset,  
 relinquere: celebrabatur equidem hu-  
 jus Religiosi Zelus: Episcopi tamen  
 æque,

*Thu. l. 103.  
 Ut P Aug.  
 per Desulier.*